

dibus nostris et successoribus nostris uel ab aliquo hominum illatum|| fuerit ciuitatem Hamburgensem intrabimus a tempore noticiae infra quin[denam] inde nunquam exituri, nisi dampno restaurato impedimentis obstaculisque semo||tis. Preterea recognoscimus nos supra dictam pecuniam a domino Hin[rico] recepisse. Item fidem nostram manualement dedimus super eo, quod si aliquis ex no||bis mortuus fuerit, alium in locum mortui ponemus cum condicionibus supra [die]tis eque dignum. Item fide data promissimus super litteris optinendis a nobili Comite|| Holsacie domino nostro Adolpho de Segeberge si ante dictus Hinricus de[side]raverit in quibus recognoscat quod ipse et sui progenitores nichil iuris in sepe dictis|| bonis habuerint ab antiquo. Insuper ad manus supradicti domini Hinrici [et suorum] successorum, Helligberno. Johanni Hosere consulibus. Johanni sacerdoti de Lubeke|| fidem dedimus manualement, ad obseruanciam singulorum premissorum Nos Hinricus Motemeduuele prima uice, resignauimus domino Hinrico supra dicta bona in|| capella leonis presentibus militibus et consulibus supradictis, altera uice ego Johannes de Coldenhoue et mater mea Gesa eidem Hinrico sacerdoti in con[sisto]rio con[sulum] in Hamborch manualiter resignauimus bona superius memorata et ego Johannes de Coldenhoue fidem dedi manualiter eadem uice domino Hinrico|| Helligberno, Johanni militi, Hinrico longo consulibus de obseruancia premissorum. Presentibus Hartwico de wildestorpe Ludolpho Grimmeke, [Rauene]|| Thiderico in equo ciuibus in Hamborch et aliis quam pluribus fide d[ignis] et quia nos singula sigilla non habemus. usi sumus sigillis Hinrici de|| wedele senioris et Hinrici de wedele vette iunioris. Hartwici de Hommersbotele, Thiderici de Campe militum, Acta sunt hec Homborch, Anno domini|| M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. quarto, feria sexta ante dominicam, qua cantatur. Inuocauit.

*Original im Hamb. Archiv. Beschädigt, ergänzt aus der Archivkopie. Die vier Siegel an rot-gelben Schnüren wohl erhalten.*

1304. März 15.

69.

*Otto und Hermann, Markgrafen von Brandenburg, versprechen den Herzögen Albrecht und Erich von Sachsen, zu kommenden Pfingsten eine Zahlung von 500 Mark zu Salzwedel zu leisten.*

Nos Otto. et Hermannus dei gratia Brandenburgenses Marchiones Tenore presentium publice protestamur. quod Illustribus principibus|| dominis al. et Er. ducibus saxonie . . aunculis nostris karissimis ob specialem dilectionem et fauorem quo eos prosequimur. in proximo|| festo pentecostes eius quatuor diebus, dabimus finaliter in Ciuitate Soltwedele Quingentas marcas argenti|| puri vtique et soluemus. In cuius rei. Euidenciam presens damus scriptum nostris sigillis communitum. Datum in placitis snakenburch. Anno domini. M<sup>o</sup>. C<sup>o</sup>C<sup>o</sup>C<sup>o</sup> IIII<sup>o</sup> in dominica qua Cantatur Jvdica.

*Original im Staatsarchiv zu Hannover. Zwei Siegel an Pergamentstreifen. Sudendorf, U. B. I. 104, 1. s. VII. 11.*

1304. März 21.

70.

*Heinrich, Graf von Holstein und Schauenburg, verkauft dem Kloster Cismar das Dorf Malutekendorf für 300 Mark Lübscher Pf.*

In nomine patris et filii et spiritus sancti. Amen. Vniuersis presencia visuris Henricus dei gracia Comes Holsacie et Scowenborgh salutem in domino sempi-

ternam. Propter infirmas hominum memorias, ne ea que a nobis rationabiliter|| aguntur obliuioni tradantur, sed contra uarios futurorum euentus robur obtineant perpetue firmitatis, non solum uoce testium, verum eciam testimonio litterarum ea duximus certa noticia perhennare, Huius rei gracia, notum|| esse volumus vniuersis tam presentibus quam futuris, quod nos de consensu Inclite vxoris nostre Helwigis, et fratris nostri dilecti Nobilis Domini Gerhardi comitis Holtsacie, ac heredum nostrorum, villam nostram Malutekendorp,|| cum molendino, et restagnacione piscine adiacente, cum omni iure, et vtilitate, qua nos possedimus, videlicet agris cultis et incultis, lignis, pratis, pascuis, aquis, aquarumque decursibus, paludibus, et cum terminis suis hactenus habitis|| et obtentis, Hec omnia cum vniuersis eorum vsibus vendidimus Ecclesie sancte marie sanctique iohannis ewangeliste in Cyscemer ordinis sancti benedicti, Lubicensis dyocesis, pro trecentis marcis denariorum Lubicensium pecunie numerate, nostro|| iuri in dicta villa per omnia renunciantes . . . . . eciam vt predicte ville coloni, liberi sint ab omni . . . . . ditione et seruiciis, brugwerch, borgwerch, greuenschath . . . seruiciis, quibus . . . te ville colon . . .||ri possent, absque defensione terre tempore . . . . . lanthwer, communiter appellatur, Preterea ut nostra et vxoris nostre predicte, ac heredum nostrorum memoria, in prefata ecclesia perpetuis temporibus maneat stabilita, de iam|| dicta pecunia scilicet de trecentis marcis denariorum predictorum, quinquaginta marcas Dominis fratribus prelibatis duximus relaxandum, Vt autem hoc a nobis et cunctis nostris heredibus rata permaneant et inconuulsa,|| Sigillorum nostrorum ac fratris nostri Domini. Gerhardi supradicti appensione, presencia decreuimus roborare, Testes huius sunt, Domini Conradus de Reygnoldesborch, Elerus de Haddebothe, Johannes de beveringhusen Capellani nostri, ar||noldus de visbeke, Henricus de alverstorph, Godschaleus de porsvelde, Tedleuus de slescen milites, Arnoldus de visbeke aduocatus noster, Leo et otto de dosenrode, Bertramus de daame castellani nostri, et alii quam plures|| fide digni, Datum et actum Reygnoldesborch, anno domini Millesimo, trecentesimo quarto, In die sancti benedicti abbatis feliciter amen.

*Original im Staatsarchiv zu Schleswig. Reitersiegel des Grafen fragmentarisch an roter Schnur. Eine grün-rote Siegelschnur. S. H. U. S. II. S. 10.*

1304. März 22.

71.

*Adolf, Graf von Holstein und Schauenburg, entscheidet den Streit über die Einkünfte des Gnadenjahres zwischen Hermann von Heiligenstedten und Leo von Artlenburg zu Gunsten des Letzteren.*

Nos Adolphus dei gracia Comes Holtsacie et de scowenborg, Omnibus presentia visuris et audituris cupimus|| esse notum, quod postquam ab honorabilibus viris dominis . . Decano et Capitulo Hammenburgensi, domino Hermannopleba||no de Hilgenstede, prebenda Maior in ipsa Ecclesia fuerit assignata, et Minorem prebendam in eadem Ecclesia|| cuius collacio siue presentacio de iure et antiqua consuetudine ad nos spectabat, leoni filio Hartwici de|| Erteneborg nobis dilecti, contulimus rationabiliter atque rite, inter dictos, videlicet Hermannum ex vna parte et|| Hartwicum, nomine filii sui predicti, ex alia, fuit de redditibus anni graciae scilicet Decem talentis denariorum|| sitis in Theloneo hamburgensi, ad ipsam prebendam minorem spectantibus, aliqualis discordia ventilata,|| Tandem ipsi, nobis Capitulo predicto et plurimis aliis honestis et discretis viris, presentibus, super